

judicari poterit. Et quamquam nonnulli sint, qui de hoc disputent, ac fulgorem
illum à gloria distingui velint, quod ille splendor fuerit, quod vero: veritas in gloria
Domini fuisse, credimus ac statuemus. Fuit, fuit vero divinus quidam splendor, in
quo Angeli apparuerunt, ut scirent Pastores, Angelos lucis esse, qui bona nova ipsi
annunciarent, utque eorum tutam fidem Angelis haberent, Solemque iustitiae ortum esse
cognoscerent, et luce illustrari mererentur. Nec plane alienum ab hoc foro esse
debet, quod de circulo auro Nicéphorus, Suidas, Orsini, Petrus de Natalibus
alii tradunt, quod circa Solem ipso meridie Natalis Domini Romae apparuit
in medio virginem exhibentem elegantissimam, quae puerum gestabat, subito et ipse
de caelo audire sibi: Haec est ara filii Dei viventis. Eo et tempore pater, au-
gusto visum monstrans, dixisse prohibet: Hic puer major Te est. Non arbitror
diem illum claudere hoc verum divinum esse, quod Deus natus, quod aeterni Patris a-
ternus Filius natus, quod Angelorum Princeps natus, quod caeli terraeque parens, mundi cre-
ator et restitutor natus. Intelligitur, Auditoribus, quod qualis ac quantum splendor Na-
talis Domini sit. Cognoscitur, quam peruliant in ipse sit. Imo vos jam sa-
tis cognitum habere splendorem hunc, utro mihi si de hinc salienter oculi vestri
promittunt. Ipsi jam iudicate, an splendori huius ulli alii anteferi possit?
Iudicate, quanto intervallo à reliquis Natalibus augustissimis ac splendidissimis huius Na-
talis Domini splendore suo disjunctus habeatur? Ego certe nec oculis sustine-
re, nec cogitatione complecti, nec verbis adsequi possum splendorem et gloriam au-
gustissimam huius Natalis: quae potius stupore abreptus vix exclamare cogor: O
splendidissimum, o clarissimum diem, cui splendor nulli par est, nec unquam par
esse poterit! Sed dum sic exclamo, ad novum laudis argumentum rapior.
Rapior enim me copiosa gloria Natalis Domini ad vera ac vera miracula, quae
tunc contigerunt innumera: unde et Natalis hic non minus miraculosus est, quam
gloriosus illum esse dixi. Nec ergo negligenda omnino, aut transmittenda Homi-
nanda Nativitatis sunt Domini, id est nostrae aetatis, atque industria, à qua tu vix
quam dignitatis sperare poterunt, et parte proferenda, ordine reverenda, in
mensa solis, quod aiant exponenda. Novi eodem, Auditoribus, longe maiora Na-
tali Servatoris nostri miracula contigisse, quam ullo unquam die evenerunt. So-
lebant quod Romani in Magnatum Natalibus Natalibus ludos exhibere:
in quibus non passim obvia, fere unanimi Historicorum consensu, cernere licebat:
soluebant et ipsi annalia Gemis muneribus, quae per Natalibus celebrant, sacra
eodem die inde facientes, et miram vicissitudine moribus, moribus illud molientes.
At quod hoc omne est ad miraculosum Natalem Domini collatum? Quae
sunt, affania sunt, vanitates sunt. Evidens? Nonne maxime mirandum hoc est:
quod virgo nescia viri, et illius consuetudinis, quam Deus ad generis nostri
multiplicationem sanxit, nescia complexum illicitum, miranda foecunditate
felicitissimum infantem, IESUM, hoc ipse edidit? Nonne mihi miran-
dum hoc, quod ut ante partum mater fuit virgo, ita virgo in partu, virgo
post partum manserit? Quod vobis pater, est vobis Auditoribus, hic quod
an unquam talia fando audieritis, an videntis talia, an et cogitare
unquam potueritis talia: ut mater virgo esset, et intacta gigneret?
Te, Coelum, Vos Stellarum, Vos Angelorum compello: ut huc properetis, et